

Physicorum

Folio cxxlij

133

quod non quiescit. cum solum quies opponat motui. sed
quod mutat non mouetur. agit etc. Respondet philosophus quod quies
cessatio a mutatione non vocatur quies. vocatur tamen immutatio
tio. et hoc sufficit. Tercia obiectio est. si motus inter con-
traria essent contrarij. tunc motus contrarietate motui. et etiam
motus contrarietate quieti. et sic vni essent multa contraria
Respondet philosophus quod motus opponitur motui simpliciter contrarie
sed motus opponitur quieti quodammodo contrarie. scilicet per accidens
ue. que oppositio est generaliter contrarietas. in quantum quies
opposita est finis et complementum contrarij motus. Sic ut etiam
am equale et mensurabile opponitur quodammodo duobus
scilicet excellenti et ei quod excellit. sive magno et paruo. quibus
magis opponitur finem per accidens. Quare per se non contingit
simul esse neque oppositos motus neque oppositas mutatio-
nes. Tunc ibi. Amplius in generatioe. Obstat quod pri-
us dicitur. scilicet quod impossibile sit quod due opposite mutatioes
sibi inuice succedant. nisi medietate repus. quod sic probatur. quod si illud
quod generatum corrumpitur. tunc generatio est frustrata. quod res generata
per se sit. si generetur res statim genita corrumpitur. sic talis res frustra
esset genita. sed impossibile est aliquid esse frustra in rerum natura. quod
deus et natura nihil faciunt frustra. etc. Et hoc similiter se habet in motibus
sicut in mutationibus

Quod autem contingit esse quendam motum infinitum
vnum existente continuo. et hic circularis nunc dicitur
mus. Omne quod est motus fertur aut circulariter. aut secundum
rectitudinem aut mixtum. Quare si neque illorum alter
continuus est. neque ex utroque possibile est continuum esse.
Quod autem fertur secundum rectum et finitum non fertur
continue manifestum est. Refertur enim. refertur autem secundum
rectum per contrarios motus mouetur. Contrarius enim secundum locum
est qui est sursum ei qui est deorsum. et quod est ante ei qui est
retro. et qui est ad sinistram ei quod est ad dextram. loci enim
contrarietates he sunt. Quis autem est vnus et continuus motus
per se definitum est quia qui est vnus et in vno tempore et
indifferenti secundum spem tria enim habet quodcumque mouetur
ut homo aut deus. et quando ut tempus. et tertium in quo. hoc autem
est locus. aut passio. aut spes aut magnitudo. Contraria enim
differunt specie. et non vnum sunt. loci autem dicte differunt
Si autem motus contrarius est qui est ab a ad b. ei qui est ab ipso
b ad a. Et quod stant et repauescent ad inuicem si simul fiant. Et in
circulo similiter. ut quod est ab a in b. ei qui est ab a in c. si
fiant enim si continui sunt. et si non. fiat reflectio

propter id quod contraria sese corrumpunt et prohibent
ad inuicem. sed non qui est in latius ei quod est sursum. Maxime
autem manifestum quod impossibile est continuum esse qui est in
rectitudine motum. quia reflectum necesse est stare non solum
in recta. sed et si secundum circulum feratur. Non enim idem
est circulo ferri et circulum. Est enim aliquid quidem continuum
quod mouetur. aliquando autem in idem veniens unde motus est
reflecti iterum

Quod autem necesse est stare. fides est non solum in sensu. sed in
ratione. principium autem hoc est. Tribus enim existentibus
principio medio et fine medium ad utrumque est et vnum numero.
ratio ne autem duo. Amplius aliud est quod est potentia et quod est
actu. Quare recte que infra sunt terminorum quelibet. si igitur
potentia quidem est medium. actu autem non est. nisi diuidit hanc
sic et stans iterum inceperit moueri. Sic autem medium principium
sit et finis. principium quidem posterioris. finis autem principij.
Dico autem ut si quod fertur ab a in b stet. et iterum feratur in c.
Cum autem continue feratur neque factum esse neque abesse
possibile est a secundum b signum. sed solum esse in nunc. In
tempore autem nullo preter cuius ipsius nunc est diuisio
temporis in tres a b c. Si autem ad esse concedat aliquis et ab
esse. semper stabit a quod fertur. Impossibile enim est a simul
ad esse in b et abesse. in alio ergo et alio signo temporis est.
Tempus itaque erit quod in medio quiescet a in b. Similiter
autem et in alijs signis. Eadem enim ratio in omnibus. cum
autem utatur a quod fertur ipso b in medio et principio et fine.
necesse est stare propter id quod duo faciunt sicut vnus si
intelliger. Sed ab a quidem si fuerit principium. in c autem
affuit. cum proficiat et stet.

Tunc consequenter Aristotle ostendit quod nulla loci mutatio
potest esse continua aut perpetua nisi circularis. et hoc probatur
primis demonstratiue. Secundo logice. ibi Rationabiliter autem
bb i.